possunt electi · & tamen perseverare perfecti ·
Immo tantum intelligendum est · Nam quae diversa
offensionum est species · Aliter electi · Aliter
offendunt reprobi · Salomone testante
qui ait · Septies enim cadit iustus & resurget ·
impii autem corruent in malum · Etsi enim
iustus per fragilitatem carnis & ignorantiam
forte offenderit · Iustus tamen esse non desistit ·
Quia et cottidiana est huiusmodi & inevita
bilis offensio · Ita est & cottidiana orationum
ac bonorum medela operum · quae offendentem
iustum ne intrare privat · & nuptialem caritatis
ac fidei vestem pulvere vitiorum sordidat
ocius terget · Siquis ergo in verbo non
offendit hic perfectus est vir · Illo verbo
videlicet cuius offensionem humana